

Johann Fecht

**Prorector Universitatis Rostochiensis Joannes Fechtius ... Ad Exeqvias ...
Christinae Dorotheæ Schoepferiæ, Quas ... Parentes Filiæ ... parabunt, Proceres,
Civesqve Academicos officio & peramanter invitat : [Scr. Rostochii, sub
Rectoratus Academici sigillo, iplo humationis die, XVII, Junii, A. O. R. MDCCIV.]**

Rostochii: Wepplingus, [1704]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774521201>

Druck Freier  Zugang



F e c h t , J. ,

i n

C h r . D . S c h o e p f f e r .

R o s t . (1 7 0 4 .) / a

35.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774521201/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774521201/phys_0004)

DFG

PRORECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOANNES FECHTIUS

D. & P. P. CONSIST. DUC. ADS. ET DISTRICTUS
ROSTOCHIENSIS SUPERINTENDENS,

^{AD}
EXEQVIAS

*Nobilissimæ, omniqve virtutum apparatu
condecoratissimæ VIRGINIS,*

**CHRISTINÆ
DOROTHEÆ
SCHOEPFERIÆ,**

Quas constituti in summo luctu

Parentes Filiæ ad omnes ipsorum nutus
qvondam paratissimæ parabunt,

Proceres, Civesqve Academicos officio
& per amanter invitati.

ROSTOCHII,

Typis Joh. Wepplingi, SER. PRINC. & Acad Typogr.



Vod de eorum exceffu, qvi ex sangvine nostro orti sunt, qvam ille passionem, qvem cruciatum animis incutiat, vetus Poëta pronunciavit: *homo roties moritur, quoties amittit suos*: id qvamq; non uno, sed pluribus jam exemplis senserint, qvi Filiam hodie suam primogenitam efferunt, nunc tamen, cum ad summi doloris quoddam quasi fastigium devenerint, mori se qvam maximè & deficere sibimet videbuntur. Nec enim id tantum, qvod tangvinis ortu suum erat, amiserunt, sed id quoque, qvod in Filiam DEUS, qvod excellens naturæ indoles, qvod follicita educatio ubere copiâ contulerant. Quid? qvod isthac jam ætate, ubi nondum penitus maturuerant anni, cum nulla jam ipsi virtus defuerit, clarissimis quotidie documentis ostenderit, illustri ipsam sexui suo ornamento & singulare morum absolutissimorum fore exemplum. Qvod qvæ deinde sive defunctæ sorores, sive virgines qvæcunq; & foeminae aliæ æmulaturæ essent, non possent non ad extimæ laudis genus proficere. Tale tantumque Divini amoris pignus cum Parentum oculis sit subductum, quis mirabitur, id iisdem evenire, qvod generatim de suorum mortibus effatus est Euripides:

Gravis ante alios, gravis ille dolor

Nescit gemitus faciare suos,

Quoties lugent irepia siti

Pignora matres.

Fidem apud vos, Lectores, facilius inveniam, si, quo pacto vitam illa suam, breyem quidem, sed nullâ laudis,

dis, quantumlibet ingentis, parte carentem, justâ
serie enarravero. Nata est. Parente, Jēto, ut omnes
norunt, consummatissimo & Academiæ nostræ inæsti-
mabili doctore, JOANNE JOACHIMO SCHOEP-
FERO, sacri Palatii Cæsarei Comite & Serenissimi
PRINCIPIS nostri in Consistoriali Judicio Consiliario,
viro ob maxima in Remp. literariam pariter atque civi-
lem merita jamdudum celeberrimo. Matre CA-
THARINA ELISABETHA MITHOFENIA, natâ
ex illustri summæque dignitatis viro, HECTORE
JOANNE DE MITHOFEN, Cancellario qvondam
Quedlinburgensi & Consiliario Stolbergensi. Avo
Paterno gavisâ nostra est Jureconsulto scriptis consiliis-
que inclyto, THEODOSIO SCHOEPFERO, Causa-
rum apud Quedlinburgenses Patrono nominatissimo,
nato ex JOACHIMO SCHOEPFERO, Præfecto
qvondam in Sander & Trecleben. Quidcum Divino be-
neficio, senex plusquam leptuagenarius, adhuc hodie
superstit, vel ideo fuerat memorandus, qvia eo venera-
tionis & amoris ardore in hunc Avum suum Nostra fe-
rebatur, ut in lethali lectulo suo, cum coeteris omni-
bus ad mortis iter accincta valediceret, hujus tamen
manibus ultimum se figere osculum non posse, pio pe-
tore fuerit conqvesta. In Maternâ vero lineâ
memorabile prorsus est, tres defunctam justâ serie
inter maiores suos numerare Cancellarios, HECTO-
REM JOANNEM, jam memoratum, Cancellarium
Quedlinburgensem, ejusque Parentem, nostræque
Proavum, DANIELEM de MITHOF, Cancellarium
Sverino-Meclenburgensem, postremo illius Avum, no-
stræque Abavum, HECTOREM de MITHOF, Fran-
cisci & Augusti, Saxoniae inferioris Ducum Cancella-
rium, eundemq; Comitem Palatinum Cæsareum & E-

A 2

qvitem

qvitem Auratum. Producta ex hoc tam illustri sanguine in lucem est pridie Natalis Christi anni supra millesimum sexcentesimumq; nonagesimi primi. Postridie lustrata salutari fonte, inqve memoriam amabilissimi doni, à Christo, in Ecclesiæ solennitate pariter tum nascente, cœlitus sibi allati, CHRISTINÆ DOROTHÆ nomine exornata, inter pietatis & cœtera, hunc sexum maximè decentia, studia feliciter adolevit. Nec enim poterat aliter, cum qvæ eandem eduxerat, pia atqve religiosa mater, qvæcunqve facienda præceperat, qvæcunqve monuerat, fecerit ipsa, nec regulam tantum agendorum præscripsérit & normam, sed suppeditaverit etiam exemplum. Ex quo fieri non poterat, qvin, cum Mater pietate & virtute excelleret maximè, parentis æmula nata eandem in laudem presfis ejusdem vestigiis eo successu incumberet, ut relinqueret incertum, æqvaveritne, qvam imitabatur, an pro ætatis modulo superarit? Qvamobrem dotium illarum, teneræ huic ætati convenientium, lætissimam & plenam spem qvamqvam dicendo asseqvi non valeam, id tamen agendum mihi nihilominus est, ut qvod ex tabulâ hac publicâ in Academiæ nostræ funeribus Christianâ lege fieri solet, hoc ex loco lectoribus inculetur magis, ne aut muneris nostri posthabuisse partes, aut in administrandis iisdem segnius, qvam decebat, versati fuisse videamur. Brevi itaqve piæ Matris curâ, qvæ omnium suarum momenta cogitationum ad liberorum ornamentum referenda judicabat, illæ animæ corporisqve in Filiâ extiterunt dotes, tot pulcerrimarum virtutum non tam indicia qvam exempla effulserunt, qvot in proiectæ ætatis fœminam cadere ungvani possunt. Nam illas artes, qvibus puellarum animi

antni imbui ornariqve solent, mirâ solertiâ, nec minore successu arrisuit, eas verò summas eminentissimasqve, qvibus Divini Numinis cultus & erga homines officia continentur, ita mente complexa est, ut progressus in iis qvotidie admirabiles faceret, vinceret. qve omnem, non suorum tantum, sed qvotqot versari cum eadem contigerat, spem & expectationem. Timere & venerari DEUM, omnem ponere fiduciam in Servatorem Christum, legere sedulò familiariaqve sibi reddere sacra oracula, ædem intrare DEI cultui consecratam & Divini verbi fluenta ex ore docentis cupidissimè in se derivare, dedere se totam precibus & hymnis, parentes colere & audientem esse dicto ipsumrum, nunquam ullo verbo, ullo gestu eos offendere, pudicè habere ætatem, à nimio cultu corporis, illo præcipue, ut Tertullianus appellat, mulierum immundo abhorrere, maximum virginis ornamentum virtutem censere, suarum rerum, non aliarum, satagere, nihil supercili, nihil arrogantiæ adsumere, fugere otium, labori adsuēscere, nihil antiquius ducere honestâ famâ, se majores civilitate & reverentiâ, pares benevolentia & comitate amplecti, dareqve operam, ut non modô culpâ rebus in cunctis vacaret, verum suspicione etiam, in summâ contentionis suæ & voluptatis parte ponebat. His verò virtutibus cum suapte sponte totoqve nisu floreret, qvantam ea res afferre parentibus accessionem ad summam purissimamq; voluptatem poterat? Verum & iis tradita, qvi mentes tenellæ ætatis Christianæ religionis elementis imbuerere solent, ita Divini Spiritus bonæqve naturæ impetu, nec tam ex disciplinæ lege, qvam ipso animo eò ducente, profecit, ut fidei suæ rationem, qvod ait Apostolus, reddere, ut eandem ex sacratissimarum Scripturarum testimoniis commu-

nire , ut ad Ecclesiæ ministrorum interrogata , qvos
solliciti de liberorum suorum salute Parentes , sacro-
rum scientiam exploraturos , advocaverant subinde ,
promptè potuerit respondere & expeditè . Qvod qvam
qvam eò faciliori operâ fieri poterat , qvo s̄everiori stu-
dio in sacrarum Literarum , librorumq; , eidem institu-
to inservientium , lectionem insatiabili qvodam ardore
perpetuò incubuit , ingenuam tamen ea res admiratio-
nem & parentibus expressit , & juventutis formatori-
bus , eo qvod non contenta , vulgo in libellis repræsen-
tatam Divinarum doctrinarum imaginem memorie
committere , qvin & in historias lele immitteret sacras , ex
jissq; anxiâ diligentia legeret , qvicq; id insignē in Chri-
stianā vitā , qvin & morte ipsā , usum adferre poterat &
præstare . Cui instituto ut robur pondusq; adderet ,
sacros in templo conventus nunquam defesso studio
freqventare & sacrorum oraculorum interpretes devo-
tā , qvā decet , attentione audire , qvin & audita eum
domesticā Bibliorum lectione conferre , in rarioribus
deliciis habuit . Nec divelli ab hoc se proposito qvic-
qvam unq; passa fuit . Nam postremo qvoque qvod
analysis ipsius aecessit octiduo , Dominicā , qvam
ipsæ Junii Calendæ signabant , ter publico cœtui , in
æde Mariæ qvondam sacratā , immista jucundissimā
hanc æq; ac saluberrimam operam singulari cum
animi sui desiderio obibat . Sed nec domesticarum
rerum curam insuper habuit . Aliæ hac ætate puellæ
vix familie negotiis manum adponere occipiunt . Hæc
ad perfectionem jam pervenisse videri omnino potest .
Nam & ingenium ei solers prudensq; , atq; ad
eas artes omnes instructum obtigerat , qibus egregie
ex geret ueriq; familiam licet . Qvare lata alacrisq; ad

ad omne officium accurrebat , qvod aut dormus curæ
atqve tutelæ , aut sibimet ipsi deberet ; & in eo jam con-
stituta erat fastigio , ut absente aliquando per aliquot
menses Matre , vix undecim tum annos habens , uni-
versis matrisfamilias negotiis , singulis laborum pen-
sum admetiendo , redimendoqve ære ea , qvæ pro
familiâ coemi comparariqve necesse fuerat , sedulò
providèqve perfungeretur . Qyo facto parentem , cu-
jus veneratio facrosancta ei semper fuerat , qviqve
incredibilem ex eâ re oblectationem capiebat , pluri-
mum demerebatur . Ita verè matura & consummata
reddita est **CHRISTINA DOROTHEA** nostra ,
sed heu qvondam nostra ! anteqvam annorum ei ma-
turitas obtigisset . Nunc qvomodo defecerit , qvomo-
do tot virtutum confluxus emarcuerit , enarrandum
mihi est . Vix exclusa in lucem , cum tenerrima mem-
bra & naturæ constitutionem ita debilem adferret & in-
firmam , ut vivere vix posse judicaretur , per tres in-
tegros à decimo , ex qvo nata fuerat , dies vitæ omnis
vigorisqve expers apparebat , ut ne qvidem respirati-
onis se indicia proderent , pennæ beneficio explo-
rata . Labia tamen paulò post moveri deprehensa &
matris uberibus admota spiritum recipere visâ est ,
qvamqvgam qvousque materno lacte nutrita est , re-
deuntibus post fatales periodos ventris terminibus ad-
ficta perpetuò fuit . Cessarunt illa tamen DÉI bene-
ficio , cum itinere primum ad Avum paternum & Avi-
am maternam , qvibus nepotulam ipfis ad blandientem
offerebat mater , deinde verò Rostochium suscepit ,
hanc five aeris mutationem , five corporis motum sa-
lutem firmiorem attulisse filiolæ compertum fuit . Ex
qvo tempore qvamqvgam valentior ipsi huerit valetudo ,
sub.

subinde tamen vel capititis doloribus vel defluxibus,
ex fallagine ortis , vexabatur. Donec postremò post
mensis hujus initium ægrè habere , malumqve mox in
epidemiam hodie luem , variolorum morbum , erum-
pere cœpit. Qvamvis verò nihil auxilii , nihil humanæ
opis , qvam ingens medicinæ ars & indefessa cura con-
summatissimi morborum mortisq; dormitoris, JO. ER-
NESTI SCHAPERI, Archiatri solidâ raraqve scien-
tia & admirabili successu longèlatèqve celeberrimi , in
ipsam conferre, aut amantissimorum parentum arden-
tissimum studium præstare posset, ei unqvam defuit,
id omne tamen nullum alium exitum habuit, qvam qvi
parentibus lugendi moerendiqve amissam ex oculis
virtutem, mihi verò hanc scriptionis durissimæ nece-
sitatem exprimeret. Qvum sentiret CHRISTINULA
nostra, A DEO DATA, morbi ferocitate extrema sibi
imminere fata, non imparatam offendit mors, sed à
pueritiâ qvasi memorem qvam maximè & cogitante m
sæpius de novissimâ horâ, immò desiderio appeten-
tem. Qvicquid in sacris Pandectis vel notaverat
jam olim , vel ex ore sacri præconis audiverat, id omne
ruminata subjicit sibi assiduò & contra mortis terrorē
tanqvam validissimis copiis mentem instruxit atqve
armavit. Qvare longissimam sibi temporis moram
esse profiteba ur, qvâ disjungeretur à Servatore suo, à
sponso animæ suæ , qvem unicè deperiret , qvem pe-
ctore suo complecteretur. Hunc itaque suomet motu,
nec ullo hominum præeunte, sæpius inclamavit: cupio
dissolvi & esse tecum , ô Christe. Muß ich Sünder
von dieser Welt / hinfahren nach Gottes Willen / zu
meinem Gott / wanns ihm gefällt / will ich ihm hal-
ten stille. Mein arme Seel ich Gott befehl / in mei-
ner

tier letzten Stunde. O frommer Gott, Sünd Höll und Tod /
hastu mir überwunden. Qvæ cum Stephani ultimum su-
spiriū exprimāt, id te repetitā tenere memoria, id se iden-
tidē voce clamare asseverabat; Domine suscipe Spiritū.
Domine animam ad te meam recipe. Mox pecca-
torum suorum memor, ad Christi sanguinem con fugi-
ebat, qvod ipsam emundaret ab omni peccato: Herr ich
habe mißgehandelt und mich drückt der Sünden Last.
O Jesu auff dein Wort verlaß ich mich allein. O Do-
mine Jesu, tibi vivo, tibi moriar, tua ero, qvousque
vixero, nec tua esse desinam, cum morti succubuero.
Qui Divini Spiritus, in corde animulæ suæ latitantis,
efficacissimi motus, non poterant non & parentes &
alios in Divinorum operum admirationem rapere &
in gratiarum actionem, pro tantis Divinæ gratiæ in
moriente Filiâ documentis. Inter hæc matrem ample-
xa, ne dolore semetipsam consumeret, rogavit, se enim
nunc ab omni hujus mundi strepitul liberatum iri & in-
gressuram esse in æterna gaudia Domini sui, Tum va-
lere jussis omnibus composuit corpus ad requiem, pau-
latimqve resoluta inter adstantium preces placidissimè
expiravit. Hunc finem habuit incomparabilis hac in
ætate virgo, de cuius morbo pariter & excessu SCHA-
PERUM nostrum audiamus, intima humani corporis
curatissimâ indagine rimantem.

Ad Morbum Elegansissimæ & admirandis ingenti ac sapientiae prorsus singularis etatem ipsius multoties superantibus
dotibus praedita Virginis SCHOPFERIANÆ qvod attinet, per
Civitatem nostram sat diu longè lateqve graffanum vario-
larum miasma & bante nostram invadebat, more tamen
eo, quem Medici laudabilem dicunt, dum die quarto, qui
erupcioni variolarum est solennis, & hic numerosa sua dabat

B

vestigia

vestigia, quæ situ & colore decenti conspicua spem salutis non levem spondebant, ut hinc quoque è re esset, iis, quibus ceptum remediis continuare, & ulteriore inde expellare exoptatum successum. His omnibus ut ut satis instructa essem agra, nec remediorum optimorum usum ea intermitteret, nihilominus nocte ad quinum morbi diem tendente hora 2da, macula nigra hic illi superficiem corporis obsonentes novi miasmatu venenosu variolis juncti unguis mortiferos prodabant, quæ cum haemorrhagiā nostrum magnā atque frequensim conspiciebantur, dabantque testimonium sanguinis nexum nimis solutum esse, dum utilans ac valde ienuis sanguis profuebat. Accedebant subinde dejectiones alvi cruentie copiose, quæ an ex eo derivari velint, quod sanguis magnacopia è naribus ad fauces sic ad ventriculum depluebat, an verò & in intestinis vasorum sanguiferorum eadem rupido facta, ut è copioso per aluum profuente sanguine presumendum est, hic multis non evincam, siquidem ut sole macula nigra juxta celeberrimorum Medicorum & experientie quotidiane observationem, tristem eventum interminantur, stacum haemorrhagia narū insigni & incomprehensi bili mortem eò magis indubie & hic prænunciabant. In tristissimo bocce casu, ubi omnia in cassum videbantur, nihilominus agebantur ea, quæ hisce omnibus convenientissima erant, sed quanto negotio, quantâque industriâ hisce medela querebatur, symptomata bac prob! non nisi necem inferentia & exquisitissima respuebant remedia. Advertens hec sapiens agra, voluntati Domini animo impavido atque constanti ad exemplar Christianijam exercitati se submittebat, & tristibus de imminentे ejus obitu Parentibus multis cordatis verbis dicebat solatium, quod ut mirandi quid in tam pudenter virgine observatum reuiceret nequeo.

Nunc

Nunc ad vos me converto, Parentes, Filiæ Vestræ
morte in mortem qvandam adductos, ceu præfari in
hujus allocutionis meæ exordio cœpi. Isthæc Filiæ
Vestræ ad maturitatem prope adductæ ætas, ista dul-
cedo ingenii, ista venustissimorum morum suavitas,
qvos stimulos, qvos impetus ante paterno materno-
qve amori subdere poterant, eosdem nunc luctui do-
lorique addunt. Planæ lacrymisqve universa Vesta
domus personat & qvisqve ereptam, non tam virtuti-
bus ornibus ornatam, qvam virtutem ipsam insolabi-
liter luget, qvam omnes superstitem incredibiliter ama-
verant. Nemo in Vobis molestè ferre affectum potest,
qvem ipsa natura mortalibus indidit, qvem nunquam
Divinajustitia reprehendit. Solis labores & lunæ de-
liquia trepidi, futurorumqve, qvæ portendere dicun-
tur, anxii intuemur. Qvis Vobis succensebit, si cum
familiæ Vestræ sidera deficiunt, si lumen, qvod eidem
intulerant, subtrahunt terris, tristemini animis & ni-
hil boni lætiqve ex interceptu illorum augurati haud
tralatatio metu concutiamini? Non ignota tamen mi-
hianimi Vestri pietas est. Divini consilii quotidiano
cultu & disciplinâ jam diu induxit mentem & ad-
suefecistis, ut seqveremini DEum & in voluntate ejus
sine murmure reqviesceretis. Cum percutit ille, non
vulnerat, cumqve vulnerat, medetur. Proin recon-
gitate, eandem, qvæ tristi vos nunc casu dejicit, DEI
manum dejicere juxta & allevare, terire modo & casti-
gare & mox mulcere faviter rursus ac delinire. Ut
reliqvorum bonorum, ira & liberorum, usus fructus
qvidem noster, sed apud DEum possessio, cuius uni-
us peculium sumus. Ægræ itaqve ferre non possumus,
cum sibi reddi postulat Deus, qvod dedit. Et qvam.
qvam

quam genarum illa in Filiâ oculorumque lux, totque
virtutum, quibus decorata fuit, ingentia ornamenta,
acerbum acerrimumque desiderium movent, longè
fortius tamen commovebit stabilis illa, in quam de-
posita est, animæ felicitas. Venit illa properato iti-
nere ad Servatorem suum, ad animæ suæ delicias,
ad æternam & nunquam infirmandam quietem..
Quam si immoderato luctu eidem, invideamus,
quid aliud esset, quam venisse eam ad portum
nolle nos eqvidem, aut molestè certè ferre & in-
dignari. Ex morbi contumaciâ in eum illa statum
eluctata est, cuius tranqvillam serenitatem nulla dein.
ceps concusura calamitas est, nulla infirmior valetu-
do aut tristioris affectus vehementia offuscatura, qui-
que viçtâ humanæ fragilitatis lege in sempiternum vitæ
ævum est commutatus. Ad hunc aspiremus omnes,
huic intentissimâ per omnem vitam curâ inhiemus, in
hoc denique placidissimâ voluntate acquiescamus. Vos
verò, Cives, hodie horâ primâ ad ædes adflictissimo-
rum Parentum concurrite, officioque prolixo claris-
simæ Virgini exeqviæ ite. Debetis id meritis magni
Academiae orbisq; literati doctoris. Quæ tanta nume-
ro & magnitudine tam ampla sunt, ut quicquid sol-
veritis, id omne adhuc videamini debere. Eadem
verò operâ dolorem levabitis, consternatis parenti-
bus præmaturâ Filiae morte inflatum.. Valete. Scr.

Rostochii, sub Rectoratus Academicî si.

gillo, ipso humationis die, XVII,

Junii, A. O. R. MDCCIV,


Conventus fiet in æde Marianâ.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774521201/phys_0018](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774521201/phys_0018)

DFG



nire , ut ad Ecclesiæ ministrorum inter
solliciti de liberorum suorum salute Pa
rum scientiam exploraturos , advocave
promptè potuerit respondere & expeditè.
qvam eò faciliori operâ fieri poterat , qv
dio in sacrarum Literarum , librorumq;
to inservientium , lectionem insatiabili q
perpetuò incubuit , ingenuam tamen ea n
nem & parentibus expressit , & juvenu
bus , eo qvod non contenta , vulgo in libe
tatem Divinarum doctrinarum imagine
committere , qvin & in historias tele iñmitt
ijsq; anxiâ diligentia legeret , qvicqvad ini
stianâ vitâ , qvin & morte ipsâ , usum adfe
præstare . Cui instituto ut robur pondus
sacros in templo conventus nūnq;am d
frequentare & sacrorum oraculorum inten
tâ , qvâ decet , attentione audire , qvin
domesticâ Bibliorum lectione conferre ,
deliciis habuit . Nec divelli ab hoc se p
qvam unq;am passa fuit . Nam postremo
analysis ipsius antecessit octiduo , Domi
ipsæ Junii Calendæ signabant , ter publi
æ de Mariæ quondam sacratâ , immisra ju
hanc æque ac saluberrimam operam fit
animi sui desiderio obibat . Sed nec de
rerum curam insuper habuit . Aliæ hac
vix familiæ negotiis manum adponere o
ad perfectionem jam pervenisse videri o
Nam & ingenium ei solers prudensque
eas artes omnes instructum obtigerat , q
e geretuerique familiam licet . Qvare l

VierFarbSelector Standard * - Euroskala Offset

ad omne officium accurrebat , qvod aut dormis curæ
atqve tutelæ , aut sibimet ipsi deberet ; & in eo jam con-
stituta erat fastigio , ut absente aliquando per aliquot
menses Matre , vix undecim cum annos habens , uni-
versis matrisfamilias negotiis , siagulis laborum pen-
sum admetiendo , redimendoque ære ea , qvæ pro
familiâ coemi comparariqve necesse fuerat , fedulò
providèqve perfungeatur . Quo facto parentem , cu-
jus veneratio facie ei temper fuerat , qviqve
incredibilem stationem capiebat , pluri-
mum dem matura & consummata
reddit DOROTHEA nostra ,
sed vam annorum ei ma-
defecerit , qvomo-
rit , enarrandum
enerrima mem-
adferret & in
per tres in-
les vitæ omnis
qvædem respirati-
næ beneficio explo-
soft moveri deprehensa &
spiritum recipere visa est ,
materno lacte nutrita est , re-
deum periodos ventris terminibus ad-
flicta puit . Cessarunt illa tamen DEI bene-
ficio , cui patrere primum ad Avum paternum & Avi-
am maternam , qvibus nepulam ipfis ad blandientem
offerebat mater , deinde vero Rostochium sucepta ,
hanc five aeris mutationem , five corporis motum sa-
lutem firmiorem attulisse filiolæ compertum fuit . Ex
qvo tempore qvamquam valentior ipsi fuerit valetudo ,
sub.

